



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 53. Liber S. Augustini de Gratia JEsu Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

tium Papam miserat, ipsis prælegit, & Sæculum V.  
querebatur, quod Celestii condemnatio- A. C. 418.  
ne fuisset implicitus, postquam, quo præ-  
cipue se tuebatur, in Concilio Diospoli-  
tano fuisset absolutus. Pinianus, Albina,  
& Melania lætabantur ex ore Pelagii au-  
dire, quæ maxime cupiebant; securissi-  
mum autem fore crediderunt, si S. Augu-  
stinum consulerent. Scripserunt ergo *De Grat.*

Epistolam communis nomine, cui S. Augu- Chr. t. I.  
stinus ex ipsa urbe Carthaginæ, quamvis II. Retr. t. 56  
ibi longe pluribus occupationibus, quam  
alias, fatigaretur, respondit, sed nuntius,  
quem miserant, exspectare non poterat.

### §. LIII.

#### *Liber S. Augustini de Gratia JEsu Christi.*

Sancti Augustini responsum in duos li-  
bros, unum de Gratia JEsu Christi,  
alterum de peccato originali dividitur.  
In primo ostendit, Pelagium nihil nisi  
Gratiæ Nomen agnoscere. Et ne suspe-  
ctus esset, ac si Pelagii verba non satis ca-  
peret, aut maligne interpretaretur, cla-  
rissimos ex ejusdem Scriptis textus refert.  
In suo libro tertio pro libero arbitrio *De Grat.*  
Pelagius dicebat: *Potentia, quam habe- Chr. t. 4.*  
*mus, bene agendi, loquendi, aut cogitandi*  
*ab eo est, qui nobis hanc potentiam dedit,*  
*illamque adjuvat, sed actus, quo bene agi-*  
*mus, aut loquimur, aut cogitamus, a*  
Aa a 3 nobis

Sæculum V. nobis est, quia etiam male agere possumus.  
 A. C. 418. Hoc erat Pelagiani dogmatis fundamen-  
 tum, hominem a Deo nil nisi potentia  
 bene agendi habere, a se ipso vero actio-  
 nem, & effectum. Gratiam igitur ve-  
 cabat illam potentiam naturalem Bonum  
 faciendi, quam a Deo accepimus. Ve-  
 rum est quidem, quod huic potentia-  
 tiæ Dei auxilium jugebat, sed istud vo-  
 lebat consistere in lege, in Doctrina, in  
 Revelatione, per quam nobis aperit oculi  
 cordis, & futura præmonstrat, ne his  
 præsentibus inhæreamus, dum nobis Dæ-  
 monis artes detegit, nosque variis modis  
 illuminat.

Rursus Pelagius dicebat, Gratian  
 nobis secundum merita nostra dan-  
 quamvis hanc propositionem in Con-  
 cilio Palæstinæ visus fuisset damnare, qui-  
 pe ita in Epistola sua ad Demetriadim  
 aliquem textum S. Jacobi loquebatur,  
 docet, quomodo nos Dæmoni resiste-  
 oporteat, si simus subiecti Deo, & si vo-  
 luntatem ejus facientes, ipsius Gratian  
 inereamur, ut facilius maligno Spiritu  
 per auxilium Spiritus S. repugnemus.  
 Atque ut S. Augustinus ostendat, Pe-  
 lagium non solum loqui de Gratia augmen-  
 to, quod mereri possumus, sed de prima  
 Gratia, alium ipsius locum refert, ut  
 dicebat: *Qui totum se Deo addicit, si  
 non nisi libero suo facit arbitrio, quo cor-*

c. 7.

c. 25.

Aug. de Gr.  
c. 22.

Pelagius.

suum in manus Dei dat, ut illud, quo- Sæculum V.  
cunque voluerit, convertat. Itaque, Pe- A. C. 418.  
lagii quidem sententia, Deus nos prius  
non adjuvat, quam nos ipsos sine omni  
auxilio Deo addixerimus. Textus Epi-  
stolæ ad Demetriadem alium etiam er-  
rorem continet, quod nempe auxilium  
Gratiæ non detur ad bene agendum ab-  
solute, sed ad facilius agendum. Idem  
quoque in suo libro primo pro libero ar-  
bitrio dicebat.

Ex cunctis his textibus S. Augusti Aug. c. 29.  
nus conficit, Pelagium nunquam clare  
damnasse errorem, cuius in materia de  
Gratia arguebatur, cum omnia, quæ cir-  
ca eam dixisset, seu in Concilio Palæsti-  
næ, seu in Epistolis ad Innocentium Pa-  
pam, seu in præsentia Piniani, secundum  
ipsius Principia accipi possint de poten-  
tia naturali bene agendi, de lege, de a-  
liorum exemplo, de multiplicis generis  
modis hominem illustrandi, aut de re-  
missione peccatorum, quin necessitas a-  
licujus auxilii supernaturalis, voluntati  
humanæ supervenientis, admittatur.  
Quia etiam Pelagius plurimam laudem  
tribuerat Ambrosio, cuius verba aliqua  
in suæ sententiæ confirmationem trahe-  
bat, S. Augustinus plures textus ex eo  
refert, qui expressissime Gratia necessi-  
tatem probant.

c. 43. 44.

Aaa 4

§. LIV.